Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ars versificandi et carminum condendorum Henrici Bebelii

Bebel, Heinrich

Colonie, 1507

VD16 B 1101

Prerepta tarminū

urn:nbn:de:bsz:31-293522

Visual Library

Precepta carminū

¶ Situatio pedum hexametri ſeu Heroici quod idem eſt.

Primo loco	Dactilus l.b.b.
	Spondeus .l.l.
Secundo loco	Dactilus l.b.b.
	Spondeus .l.l.
Tertio loco	Dactilus. ſine figura
	Spondeus. ſine figura
	Jambus. cum figura.
	Tribrachus. cum figura
Quarto loco	Dactilus. Spondeus.
Quinto loco	Dactilus ſolus.
Sexto loco	Spondeus proprie.
	Trocheus l.b.

Habet tn̄ ꝛ interdū in q̄nto ſpondeū. vt Perſius. Sic coſtā lon go ſubduximus apoenino. Ubi d̄t cōmentatoꝛ innoiatus. hoc ge nus ꝟſus ſi qn̄ euenit p̄ſtat decorē ſi affectet ꝛ mouet riſum. Sic Ju uenalis in vndecima. Qui plus lactis hꝫ q̄ȝ ſanguinis ꝛ montani: Habet ꝛ anapeſtū. Uir. fluuioꝝ rex eridanus ꝛc̄. Habet item Proce leuſmaticū. Uir. Reice capellas. Ualerius flaccus li. vi. Arietat in canthū. Et Sili. in. iiij. Arietat in ꝑmos obicitqꝫ imania mēbra. et tribrachū Statius Celſum crebris arietibꝰ vrbē At in ariete e teſte Priſci. in. vi. corripit. Excuſant alij hec carmina q̄ i ponat ibi loco ꝯſonantis. Tu ad ꝯſequentiā ꝛ ad ſilia. nō trahas illa

¶ Precepta in condendis car minibus obſeruanda.

¶ Primū p̄ceptū. Carmē cōdituro obſeruandū venit vt in pri mis id qđ deſcripturus ē tenaci ſenſu ꝯſideret an ſublime arduū ve ſit. an abiectū. Et ſ̄m rei ſcribende ꝯditōem fabellas militariter inſe rat. ꝑducende multitudinis grā. Nūc ad hiſtoriam aliquā. nūc ad Geographiā Aſtronomiā aut latentē naturā aſſurgēdo. Sicut eīn argento aurū circūfundit. ita vates veris ꝯtemplatōnibꝰ fabellas apponat leporis cauſa. qđ eſt poete officiū. quo pacto bellū Troia num diuinus ille Maro aſſumēs fabuloſis ligauit figmentis. Po ſtremo reperta ꝛ inuenta verboꝝ ſuauitate. ita liget veluti genꝰ car minis poſtulauerit.